



Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>


Coloniæ Agrippinæ

Ordo, servandus in Litaniarum majorum Processione, quæ die Festo sancti
Marci celebratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233



populus, quod Iesus veniret Ierosolymam,



ex i erunt ob viam e i. Cum ramis.

*Et non dicitur, Gloria Patri. Deinde dicitur Mis-
sa: E rami tenentur in manibus, dum cantatur Pas-
sio E Euangeliū tantūm.*

Ordo, servandus in Litaniarum majo-
rum Procesſione, quæ die festo
S. Marci celebratur.

Clerus & populus, horâ statutâ, mane in Eccle-
sia congregati, omnes contrito & humili corde
Deum flexis genibus paulisper precentur. Sacerdos,
pluviali cum ministris, vel saltem superpelliceo & sto-
la violacei coloris, sit indutus: cuius coloris habitu in
reliquis Procesſionibus semper utatur; præterquam in
Procesſionibus Corporis Christi, & qua fiunt solemnni-
bus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus
utitur colore, propriæ solemnitati congruente. Ceteri
vero Sacerdotes & Clerici, superpelliceis induti, se-
quentem Antiphonam, stantes, concinuant:

Antiph.

Antiph. Exurge Dñe, ad juva nos, & libera
 nos propter nomen tuum. *Psalm.* Deus au-
 ribus nostris audivimus : patres nostri an-
 nuncia v'e runt no bis. Glo ria.

Repetitur *Antiphona*, Exurge Domine, &c.
 Deinde, genuflectant omnes : duo Clerici, ante Altare
 majus genuflexi, devote Litanias cantare incipient,
 cæteris eadem voce respondentibus : cum autem can-
 tatum erit,

Sancta Maria, Ora pro nobis.

surgunt omnes, & ordinatim procedunt, egredientes, Litanias-
 que prosequentes, precedente Cruce, & sequente Clero ; ultimo loco
 Sacerdos, paratus ut supra dictum est, cum ministris, prout res vel
 locus postulat, sacris vestibus induitis.

Si Pro-

Si Processio sit longior; vel repetantur Litanie, vel, Litaniis absolutis usque ad Preces exclusive, dicantur aliqui Psalmi ex Pœnitentialibus seu Gradualibus. Hymni vero, vel Cantica latitiae, in iis, vel in Rogationibus, aut aliis pœnitentiæ causâ institutis Processionibus, non dicantur.

Si ad unam vel plures Ecclesias in via sit divertendum, ingressis Ecclesiam, intermissisque Litaniis vel Psalmis, cantatur Antiph. cum Versu & Oratione Sancti Patroni illius Ecclesiae. Deinde egredientes, resumptis precibus, eodem ordine procedunt usque ad Ecclesiam; ubi, cum Precibus & Orationibus omnibus, Processio terminatur, ut in fine Breviarii Romani post Psalmos Pœnitiales.

Pag. 156.

In Litaniis minoribus Rogationum, serventur omnia ut supra in Litaniis majoribus.

De Processione in Festo sanctissimi Corporis Christi.

De preparatoriis ad Processionem.



Mnes viæ & plateæ, per quas Venerabile Sacramentum portabitur, sint mundatae, & ornatae arboribus, frondibus, floribus, gramine, aulaeis, aliisque ornamentis & imaginibus, non tamen profanis sed sacris.

In quatuor distinctis locis, Versus quatuor mundi plagas, Orientem, Occidentem, Meridiem & Septentrionem respondentibus, erecta sint quatuor Altaria ex ligno, cum umbellis seu tectis, pulchre ac decenter ornata, & Corporalibus mundis strata, super quibus collocari possit Monstrantia, dum quatuor Euangeliorum initia decantantur.

Deputentur principaliores aliquot viri, pro portanda umbella, sub quâ Sacerdos cum Venerabili Sacramento processionaliter ire debet.

Indui